

Heinrich Rudolph Redecker David Matthaeus Schütze

## **Disputatio Inauguralis De Securitate Reorum, Seu Salvo Conductu**

Rostochii: Kilius, [1662]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735212422>

Druck Freier  Zugang



Lichtheit der füngel  
freies Gelaüt

R U jun. 1662.

Stinnik Rudolf Redeker, Pries. 16

David Mannicus Schüße, Resp.

mit Progr.



DISPUTATIO INAUGURALIS  
*De*  
**SECURITA-**  
**TE REORUM, SEU**  
**SALVO CONDUCTU**

*Quam*  
Divinâ favente gratia  
Decreto & autoritate Amplissimi  
Jctorum ordinis in illustri Rostochien-  
sium Univerſitate

*PRÆSIDE*

*VIRO Amplissimo, Excellentissimo & Consultissimo*  
**DN. HEINRICO RUDOLPHO**

**Redekern** / J. U. D. Clarissimo & Prof.  
Publ. meritissimo, pro tempore Amplifs. Fa-  
cultatis spectabili DECANO.

Domino Affine & Fautore suo omni honoris & ob-  
servantiæ cultu prosequendo,  
Pro summis in jure utroq; honoribus & pri-  
vilegiis consequendis,

*placida Doctorem ventilationi submittit*

**DAVID MATTHÆUS Schübel**

Gustrov. Meclenburg. *promovitur Dr. Ao. 1662*

*Ad diem XIII. Martii*

*10. April.*

In Auditorio majori horis ante & pomeridianis.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS K LII, Acad. Typogr.

*1662.*

DISPUTATIO IN HONORE

DE

SECURITATE

REPUBLICAE

SAEVO CONDUCTU

Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

DAVID MATTHEUS

Prof. H. D. Christiani & Prof.

Domino A. H. H. Christiani & ob-

Pro A. H. H. Christiani & ob-

DAVID MATTHEUS



I. N. D.  
De Securitate Reorum.

THESIS I.



Securitas significat (1.) curæ ac sollicitudinis vacuitatem l. 3. §. 1. de jur. & fact. ign. c. talia. 8. q. 3. (2.) indemnitatem l. 6. C. ad Sc. Vell. l. ult. C. de usur. pupill. unde *asscuratio* contractus qui in magnis emporiis usitatissimus est, & dicitur Gall. *assurance*, Germ. *asscurantze*. (3.) validitatē alicujus actus l. 8. §. 6. de inoff. testam. (4.) tranquillitatem status publici l. 2. §. 4. C. d. off. P. P. Afr. l. 1. ff. ad L. Jul. Maj. ubi Hahn. ad Vvesenb. Duar. l. 2. Disp. c. 22. (5.) cautionem l. 3. C. de V. S. (6.) immunitatem & provisionem à metu periculi l. 1. §. 2. de bis qui dejec. l. 28. §. 7. de pæn. auth. habita. C. ne fil. pro pat. l. 14. ff. de off. Præs. l. 14. C. de Jud. quæ significatio vocis est hujus loci.

II.

Rei dicuntur. (1.) qui inter se aliquod negotium contrahunt. l. 5. §. conventionales ff. de V. O. inde rei stipulandi ac promittendi r. 1. ff. de duob. rei. adeoq; rei nomen creditorem ac debitorem continet l. stipulatio ista §. habere ff. de V. O. (2.) Fidejussores l. 104. l. 112. d. V. O. l. 1. §. jubet de collat. bon. (3.) Ex promissores d. l. 112. l. 1. ad Sc. Vell. l. 34. de stat. lib. (4.) qui se in sacris suscepto voto obligarant Macrob. l. 3. Satur. cap. 2. (5.) qui ab actore conveniuntur & lite pulsantur l. 3. ff. de probat. l. 8. C. d. tit. à re quæ petitur c. foris extr. d. V. S. & (6.) pro ratione præsentis rubricæ delinquentes l. 2. §. 4. ff. ad L. Jul. de adult. l. 6. §. 2. ff. eod. l. 1. de accus. l. 5. ff. de publ. jud. l. 2. C. de fid. instrum. inde Ovid. 4. trist.

Cum mecum juncti criminis acta rea est.

A

3. Secu-

## III.

Securitas hæc reorum aliàs munimen Nov. 17. c. 6. fii. §. 1. fides publica in *Edict. Justin. 2. 10. c. 1. & Ed. 13. c. 10.* fidentia, affiantia & literæ fidentia *Coler. de process. Ex. part. 4. c. 1. num. 202. 221. 222.* fidentia *Menoch. de A. J. Q. l. 1. q. 81. n. 1.* assicuramentum, *Becht. de sec. & de saly. cond. c. 1. th. 11. Petr. Prem. de secur. promiss. in pr. securitatis promissio Bud. l. 1. ad L. Jul. Maj. gratia & privilegium, Zanger de except. p. 2. c. 5. n. 8. Surd. Conf. 270. n. 3. l. 2. Banc. in tr. Crim. §. datis defensionibus n. 35.* Cautio securitatis *Moller. 2. sem. 1. pr. Umm. ad process. Jud. disp. 9. th. 3. n. ult.* Salvus vel salvo conductus, quam significationem licet *Gentil. de jure belli. c. 14. & Alciat. 8. pæp. 2* ab imperitis deductam putent, attamen significantissimè ipsam rem ad imitationem linguæ Germ: ein sicher Geleid explicat. Græcis dicitur ἀσφάλεια, l. 3. C. de V. S. Nov. 17. c. 6. vocat καλέμενον λόγον Nov. 5. c. 2. Alciat. l. 7. p. c. 7. & lib. 8. c. 2. καλέμενον πίσυν Ed. 2. & Ed. 13. c. 11. ut & Nov. 128. c. 13. & simpliciter λόγον Ed. 13. cap. 10. *Cujac.* interpres vertit jusjurandum. Galli, franchise, sauf conduit, passe port *Georg. Rittersh. de jure Asyl. c. 7. n. 14.* Vocatur etiam salvaguardia *Mart. Neap. tom. 2. tit. d. saly. cond. c. 9.* quæ tamen in specie ab illis tantum conceditur, qui superiorem non recognoscunt, *Ruland de Commiss. l. 7. c. 8. §. 3.* illis qui sunt impotentiores *Becht. de salvo cond. th. 11. Menoch. de A. J. Q. l. 2. cent. 4. cas. 38. vid. th. ult.*

## IV.

Denotat autem securitas publica seu salvus conductus. (1.) pacem & inducias cum hostibus, quæ fiunt inter Duces militum l. 7. §. 2. ff. d. pact. (2.) quando Princeps populum vel civitatem in fidem suam ac clientelam recipit. *Schurf. conf. 23. cent. 3. Bart. in l. 1. C. de excus. mun.* (3.) cum iter facientibus terrestre vel maritimum securitas promittitur *R. J. de Anno 1658. §. ferner zu mehrer beständiger Zaf. conf. 14. & 15. lib. 1.* quo pertinet salvus conductus Electorum ad actum electionis proficiscendum, qui est securitas publica à Statibus imperii per quorū territoria transeunt illis præstanda, ut inviolabiles sint. *A. B. cap. 1.* (4.) cum tempore belli vel hostium subditis vel neutralibus securitas datur, quæ in specie dicitur salvaguardia, quæ vel ex militibus constat, vel scripto publico affigitur *Schrifflich und lebendig oder Persönlich Geleid*

leib / Besold. in thes. pract. voce gläit. (5.) saluum conductum etiā aboli-  
tionem seu gratiam delicti notare vult, *Mev. ad Jus Lub. lib. 1. tit. 4. art. 1.*  
quod probari potest *l. relegati. ff. de pœn. l. 1. §. 10. ff. de postul. Matthias*  
*Stephani lib. 2. part. 1. c. 1. membr. 2. n. 159. de jurid. interim si proprie*  
loqui velimus, per se hæc concessio dicitur potius remissio & aggratia-  
tio delicti, vel restitutio gratiæ *Menoch. de A. J. Q. l. 1. q. 81. n. 13.* quæ re-  
spectu effectus securitatē præstat (6.) Quando non tutus à carcere & ta-  
men ex certa causa vocatis defensa abinjusta vi promittitur, ut sine me-  
tu vinculorum causam agere possint; *Novell. 17. c. 6. de qua, quantum*  
ad delicta in præsentiarum sumus solliciti.

V.

Definitur à *Guilhel. de Cuncto n. 2.* Legitimum præsidium,  
quod justè timenti periculum vel damnum sibi inferri, præstatur officio  
præsidentis. Quam definitionem sequitur & approbat, *Bart. in l. 6. ff. de*  
*off. præf. ad §. ne potentiores. 2. Coler. de Process. exec. p. 4. c. 1. n. 203. Salic.*  
*in l. 5. C. de his qui. angustior* autem suo definito putat *Becht. de secur.*  
*& saly. cond. th. 13. Prem. de Secur. promiss. p. 13. fac. 2.* Et certè pro no-  
stro instituto illa non tantum angustior, sed etiam latior est suo definito.  
*Carpz. p. 3. Quæst. Crim. 112. n. 21.* saluum conductum specialem, (gene-  
ralis enim definitionem plane omisit) definit: Legitimum præsidium  
(citato præstita ab ipso cautione sufficiente) pro averfione periculi, car-  
ceris aut alterius offensionis à Magistratu concessum. Quæ definitio uti  
ex *Bart. Salic. & Coler.* ab illo compilata dicitur, ita sustineri posset, nisi  
cautionis requisitum ceu accidens, quod rerum definitionem non satis  
logice ingreditur, sed expeditiorem impetrationem & majorem tan-  
tum effectum commorandi tribuit, uti *Zanger. p. 2. c. 5. n. 8. 20. & seqq.*  
*de Except.* notat, videretur superfluum. Et de Jure Saxonico tunc tantum ne-  
cessaria videretur cautio, quando inferior Magistratus saluum condu-  
ctum concedit: Duces autem Saxonix etiam citrà cautionem saluum  
conductum delinquentibus præstare posse, absolum esset dubitare: Neq;  
citatus *Coler.* illa verba cautionis *p. 4. c. 1. de Proc. ex n. 204.* agnoscit,  
& *Salicet. in l. 5. & 6. C. de his qui ad eccles. ac Bartol. ad l. 6. §. 2. ff. de off.*  
*Præs.* de illa tm. cautione agunt, quæ pars parti de non offendendo præ-  
stat, magna tamen norante *Colero d. l. n. 29.* differentia est, inter saluum  
conductum & cautionem de non offendendo, *Vid. th. ult.* Si itaq; verba  
definitionis *Carpzoviana* circulo à me notata omitterentur, reliqua  
descripti-



descriptionem hujus materiae quoad effectum absolverent. Dicitur autem à DD. legitimum praesidium, quia est auxilium secundum leges concessum l. 5. C. de his qui ad Eccles. junct. l. 6. ff. de pact. l. 6. §. 2. de off. praes. Attamen cum definitiones rerum non tam ab effectu quam forma desumendae sint, rectius loco generis ponitur promissio l. 3. C. de V. s. adeoq; definitur potest, Promissio reo pro aversione periculi carceris aut alterius offensionis facta, ut possit tuto in loco judicii versari, & suam innocentiam deducere.

VI.

Divisiones variae occurrunt. (1.) à causa efficiente, alia est Legalis alia Provisionalis. Illa quam ipsa lex tribuit, quae is qui necesse habet in jure se sistereprehendus non est l. 2 § fin ff de injus voc. Paponi. ad consv. burb. §. 133. unde O. Cam. p. 1. tit. 49. §. so wollen die Käyserliche/che/ quae omnibus saluum conductum promittit, & ut Principes eam factam rectam teneant, graviter monet, unde vulgare dicitur: Worla- dung bringet Glait mit sich. Quae tamen securitas non est sufficiens ut à vinculis tutum reddat reum, Moll. 2. sem. 1. Petr. Heig. p. 2. q. 12. n. 38. Coler. p. 4. c. 1. n. 236. Carpz. d. l. n. 16. Neq; Coler. d. l. alicui author esse vult, ut nudae citationi fidat, cum fragilis sit illa spes & saepe fallat, uti ipse exemplo se expertum dicit. Nam nuda citatio accessum quidem liberum tribuit, non tamen praesentem si Judici ita videtur à carcere liberat Bach. ad Trendt. V. D. 5. th. 6. Lit. D. Umm: in Coroll. ad disp. 5. Et cum illa non contineatur sub definitione th. praecedenti proposita, eam praetereo. Haec est quae à Magistratu datur ut malefactor praesentem suam innocentiam ac tuitionem jure evincat gleit ist Ausföhrung gerümbter Unschuld de qua in Nov. 17. c. 6. & in hac disp. tractatur.

VII.

(2.) à formà, est Expressa vel Tacita: Illa praestatur expressa Magistratus promissione in scriptis plurimum facta Coler. de process. exec. p. 4. c. 1. n. 212. Hering. de fidei. c. 18. n. 49. Haec fit si forte nova nupta Principis in ipsius aulam solenniter induceretur, vel ipse Princeps inauguraretur, tunc malefactores Principis curruj adherentes securitate merentur, modo delicti qualitas nõ refragetur VVehm: pract. Obs. verb. sicher Geleidt. Sed nec haec hujus est loci, nec sub definitione superiori continetur. (3.) Insuper, alia determinata, alia indeterminata: illa quae ad certum & definitum

finitum tempus tantum datur vel ad certas juridicas; & tunc securitatis  
 formula ita solet concipi; Wir wollen dir hiemit auff drey Monat lang-  
 frey Geleit gegeben haben / vel zu einem jeglichen Gericht sicher ab und  
 zu zu ziehen. *Zanger. de Exc. p. 2. c. 5. n. 23. Coler. d. c. 1. n. 244. Farin. q.*  
*29. n. 79.* quia actus limitatus limitatum producit effectum, adeoque  
 extra diem juridicum nemo tuto commoratur in loco securitatis; *Modest.*  
*Pist. Vol. 2. conf. 49. n. 9. & seqq.* Hæc totum processum respicit, cujus  
 formula: Wir geben dir zu Aufsührung deiner Inschule ein sicher  
 Geleit

VIII.

(4.) Doctores aliam faciunt 'generalem aliam' specialem.  
 Illam dicit *Carpz. d. l. n. 6.* quando Judex absq; cautione citato tribuit  
 securitatem ad judicium veniendi & inde recedendi, sicher ab und zu zu  
 ziehen: Hanc quando præstita cautione citato plena datur securitas du-  
 rante lite in loco judicii commorandi, das sichere Geleit zu Recht vor un-  
 gerechter Gewalt *d. l. n. 20.* cum autem præstita cautio à citato facta  
 formam cautionis non ingrediatur, neque inde bona differentia desuma-  
 tur; Rectius *Speckhan cent. 1. q. 1. n. 11. seqq.* ab effectu, generalem  
 illum dicit saluum conductum qui indefinite & indeterminatè sine ullo  
 adjecto & sine certi alicujus specialitatis mentione conceditur, quo  
 casu ad primam juridicam tantum securus erit citatus, & si absq; reno-  
 vatione salvi conductus redierit, vel finitis terminis judicialibus in  
 loco securitatis manserit, poterit carceri mancipari *Bart. in l. 1. ad L. Ju.*  
*Maj. n. 5. Gabr. Rom: l. 2. concl. 2. n. 7:* tum quia salvus conductus gene-  
 raliter concessus de primo termino tantum intelligitur *Coler. d. l. n. 204.*  
 tum quia ipse Judex interpret est suæ concessionis. *Specialem* vero  
 vocat quando quislibere suam potest deducere innocentiam, ,  
 quo pendente, licet ipsum tempus (uti regulariter) sit continuū *§. d. his*  
*qui nos, inf. l. 3. C. de dilat. Tab. ad Barb. l. 18. c. 8. ax. 17.* poterit citatus  
 tuto in loco judicii commorari, ab illo discedere & tuto sine renovati-  
 one reverti. *Speckh. d. l. n. 16.* Uti etiam si ad totam litem datus sit.

IX.

Causa impellens est favor defensionis, ne reo cujus par-  
 tes aliàs favorabiles sunt *l. 125. d. R. §. l. 17. C. d. probat.* innocentiae suæ  
 deductio præcludatur, cum communiter defensionis remedia illis sint  
 introducta qui gravantur *Nov. 119 c. 15. Nov. 17. c. 6. ubi Gl. & DD.*

*Mench. d. A. J. Q. l. 1. q. 81. n. 3. 4.* unde non tantum Atylofom *Exod. 22 Num. 35. Deur. 4. & 19. Joh. 20. 3. Reg. 1. & 2.* Sed etiam promiffa fecuritatıs exempla in facris literis occurrunt, ut Gibeonitarum *Jof. 9. junct. 3. Reg. 21. & 2. Reg. 19. junct. 3. Reg. 2. Becht. de fecure. & falv. cond. th. 31.* Accedit quod abfens reus non compareret, nifi accepto falvo conductu, & ita judicia fierent eluforia contra *l. 75. ff. de Judic. & delicta impunita contra l. 51. §. quod fi quis ff. Ad L. Aquil.* Tum etiam ad locum non tutum nemo tenetur comparere *c. 4. §. mandamus X. ut lit. non cont. l. 2. §. 3. ff. fi quis, Caut. Grev. Concl. 25. conf. 1. n. 1* *Eachs. Land X. l. 2. art. 7.* Quis enim auderet vel qua ratione audere aliquis teneretur fe in hoftium finu reponere, ac ad mortem per violentam injuriam ultironeum fe offerre. Hæc jure timentur, hæc de more vitantur, hæc humana fugit ratio, hæc abhorret natura  *Clem. pastoralis §. notorium de fent. & re jud. Umm: D. th. 10. n. 53. Pruckm: V. 2. conf. 4. n. 56. Mascard, de probat. cond. 19. n. 10.* quia citatio ad locum non tutum ipfo jure eft nulla *Mench. l. 1. conf. 100. n. 183.* Insuper magna nocentiæ vel innocentia limitur conjectura ex vultu rei præfentis *l. de minore. § torment. ff. de quæftionibus,*

X.

Caufa adjuvans funt preces reorum qui carceres vel injuftam vim metuunt, quæ folent per exceptionem loci non tuti & per oblationem defenfionis ad innocentia reorum deductionem proponi, ut à periculo carceris fint immunes, *Zangerus de except. p. 2. c. 5. n. 6. & 8. Coler, p. 1. Decif. 165.* *bittet ein frey ficher Geleit zu und abezu Ansführung feiner Unfchuld Cubach, cent. 3. dec. 5. q. 4.*

XI.

Poffunt autem falvum conductum petere omnes illi qui in carcerationem vel alias offenfiones metuunt, five fint præfentes five abfentes, five nocentes five innocentes. Illum enim ob finem falvus conductus à citatis petitur ut metu carceris liberati innocentia & defenfionis fiduciam eo commodius pertæxere poffint, quæ periculum metuenti subtraheretur, *c. constitutus de test. junct c. ftatuimus de off. del. in 6.* adeoq; cognitio nocentiæ & innocentia falvi conductus concessionem haud tardabit, fed ad litis finem merito rejicietur, *Aurum ad Aur. Bull. difc. 1. th. 17.* Idcirco de homicidio, adulterio, vel fimili crimine pœnam fanguinis merente accusatus, contra vim atq; injuriam, quæ de facto ipfi inferri potuerit, hanc fecuritatıs cautionem petere poffit:  
inde

inde tritum Sax: Wer sich einer Verurtheilung entreden wil / ben soll  
der Richter darzu vergleichen Landr. lib. 2. art. 4. & 14. Coler. de P. E. p. 4. c. 7.  
n. 189. quæ etiam eo facilius concedenda quo magis vel innocens re-  
putatur reus, vel absens est, *Recess. Imp. de Anno 1521. C. C. art. 76. & art.  
156. Carpz d. l. n. 32. & seqq.*

XII.

Qui itaq; cum *Gl. in Nov. 17. S. sed neque & illis quos recen-  
set Farin. l. 1. tit. 4. q. 28. n. 4.* putant, homicidis, adulteris, vir-  
ginum raptoribus non esse dandam securitatem, ideo quia licitum sit  
delinquentes & facinorosos dolis & cavillationibus fallere, illos fallit  
prava textus interpretatio *Menoeh. Conf. 100. n. 187. & seqq.* Quia  
dist: est inter notoriè & manifestò reum, & inter illum qui negando  
rem facit dubiam quatenus crime n prius debet probari. Deinde dist: est  
inter reum absentem ac latitantem & inter præsentem: præcipuè cum  
nec bannito pro deducenda sua exculpatione & purgatione contuma-  
ciæ, vel si se cum adversario componere, *Mart. Neap. in ff. nov. c. 3. vel con-  
tra judicem de iniquitate sententiæ agere Pet. Prem. de sec. prom. q. 4.  
p. m. 35. vel transfugas detegere velit Sebast. Guaz. def. reor. def. 12. n. 85.  
denegari possit l. 7. C. ad L. cornel. d. sic. c. significasti extr. de homicidiis.*  
Itaq; non tam specificè definiri quam dijudicari potest, cui securitas dan-  
da, quoniam arbitrio & discretioni Judicis illud committendum est;  
*Petr. Prem. q. 2. & q. 4.*

XIII.

Nemo tamen faciliè adhibere debet fidem salvo conduc-  
tui, præcipuè cum in summo vitæ discrimine fuerit constitutus *Vans.  
de Null. ex def. juris. n. 165.* cautio enim hæc inde valdè fragilis censetur  
quod varia incidentia circa illam obvenire possunt, quo minus valeat *Fa-  
chin. l. 9. cont. 59. Arum. ad A. B. 1. th. 14. Bocer. cl 6. Disp. 12. th. 65. lit. A.* dein-  
de salvus conductus sæpè tam argutè & astutè concedi potest, ut nihil  
minus quam salvū conductum concessum quis reperiat, *Umm Disp. 5. th.  
10. n. 53. Hart. Hart. 2. Obs. th. 30. obs. 9. n. 8.* quare ab initio provide vi-  
gilandum, ne postea incarcerationis dicere cogatur: *Non putaram.*

XIV.

Salvus conductus non tantum ipsi personæ Principali,  
verum etiam ejus comitibus & necessariis datus censetur, ne conjugato-  
rum fiat separatio. Unde non immeritò extenditur etiam ad impetran-  
tis uxorem & totam familiam *Schrad. de feud. p. 9. c. 3. n. 5. Menoeh d.*

A. J. V.

A. J. Q. cas. 336. n. 7. Cuneo de secur. n. 25. quod præcipuè eò minus habet dubiū, si personæ conjugatæ fuerint innocentes. Bachov. ad Treutl. V. 1. D. 5. th. 6. lit. D. Deinde si pro se & sociis datus sit, de illis tantū sociis intelligitur, qui ab initio non autem casu se associarunt, nec refert etiam si Judæi sint, quia nec horum societas est reprobata Farin. d. l. n. 47. Menoch. d. A. J. Q. l. 2. c. 4. c. 335. n. 9. Mart. Neapol. in ff. nov. tom. 2. tit. de saly. cond. c. 7. Ale. l. 7. conj. n. 25. Dec. conf. 51. Imo si securitas alicui concessa sit, is potest personas mittere, quamvis ipse non jerit arg. auth. habita. C. ne fil. pro par. quia inseparabiles personæ semper censentur in cluxæ pactis, Jaf. ad l. 3. d. J. & J.

XV.

Quia autem in d. Nov. 17. c. 6. dicitur quod immunitates innocentibus sint constitutæ & ut Imper. Justinianus loquitur, non τῶν ἀδικῶν ἀλλὰ τῶν ἀδικημένων non injuriam facientibus sed injuriam passis, inde sequitur quod reo confesso & convicto quiq; nullam allegare potest probabilem exceptionem, non possit concedi salvus conductus, quo minus vinculis coerceatur, vel magis ab illis relaxetur, ne suffugiens judicium eludat, & hætenus delicta impunita reddat. Nec obstat quod forte velit fidejussores dare, quia hi ad pœnam corporalem se obligare nequeunt, eum pœna debeat tenere suos auctores. Bart. in l. 1. ff. de cust. reos. Damhoud. pract. Cr. c. 20. n. 3. petens enim securitatem causam justî timoris allegare debet, quæ non est in manifesto delinquente DD. in l. denunciamus C. de his qui ad sacr. Eccles. sicut itaq; manifesto reum salvus conductus datus, à justâ vi non liberat; Ita multo minus idem salvum conductum impetrat.

XVI.

Persona concedens debet esse publica, quia continet fidem publicam Gentil. d. l. idcirco nullum dubium est Principem vel Magistratum apud quem majestas residet, salvum conductum dare posse. l. 4. 31. ff. de pen. l. 1. §. 10. ff. de post. quia inter regalia quæ alias jura majestatis dicuntur Arnis. d. J. M. lib. 2. c. 1. jus hoc refertur Rul. de Commis. p. 1. lib. 3. c. 12. n. 4. Matth. Steph. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 159. & seqq Rosenth. de feud. sub. tit. de Regal. An autem in nostro imperio soli imperatori hoc jus competat uti Fachin. l. 9. contr. c. 62. Damhoud. in pr. crim. c. 26. n. 1. & alii docent? nõ permittit regiminis ratio. Neq; l. 1. ff. ad L. Jul. Maj. neq; jam allegati textus id solide evincunt, quia inter  
statum

statum imperii modernum & illum quem Reges Romanorum habuerunt, magna est differentia; deinde etiam dist. est inter saluum conductum perpetuum qui remissionem pænæ continet & temporalem: ille enim ad Jus Majestatis refertur. l. 4. 31. ff. de pæn. Heig. 2. q. 22. n. 6. hic autem ad jurisdictionem.

XVII.

Nam cum Status imperii jure superioritatis tantum, ne plus dicam, possint in suis territoriis quam imperator in toto imperio, incivile diceretur, illos non posse saluum conductum alicui concedere, *Coth. V. 5. conf. 33. n. 7. Menoch. de A. J. Q. lib. 1. q. 81. n. 1. Carpz. d. l. n. 23.* ita ut soli obloqui videretur, qui hoc negare vellet *Cubach. cent. 3. dec. 5. q. 4.* Et quamvis de Magistratibus inferioribus major possit suboriri difficultas; attamen experientia testatur, illos qui merum imperium vel plenam jurisdictionem habent etiã posse saluum conductum concedere, quia hæc Cautio est pars imperii & jurisdictionis criminalis *Ves. conf. 33. n. 19. Treutl. V. 1. D. 5. th. 6. lit. D. Mey. ad Jus Lub. l. 1. tit. 1. art. 11. n. 35. Card. Tusch. p. 7. concl. 21.* cui autem jurisdictio data est, intelliguntur & ea concessa sine quibus illa commodè explicari nequit l. 2. d. *jurisd. Rading. cent. 2. Obs. 80. n. 1.* Unde consequens est, quod Judex qui à superiori habet potestatem ardua explicandi, possit securitatem causæ coram se dijudicandæ injuriam metuenti, modo præcedat causæ cognitio, promittere. *Guazz. def. reor. 12. n. 58. §. sed solus, Raland. de Commiss. l. 3. c. 12. n. 9. p. 1. Petrus Prem q. 1. p. m. 26. Umm. Disp. 9. th. 2. 8. Pist. conf. 49. n. 4. p. 2. Matth. Steph. l. 2. p. 1. c. 7. n. 429. Arum. in A. B. th. 18. præcipuè si fuerit ordinarius Cothm. V. 3. conf. 47. n. 35. & n. 148.* & in superioris præjudicium nihil concedat, & insuper concessio fiat ad certum tempus *Fachin. l. 9. controv. c. 62. Farinac. d. l. n. 79. 80. 90. 103. Felin. in c. accedens. 2. ut lit. non cont. Consult. Sax. tom. 3. p. 4. n. 35. 36.* Tutius tamen est ut securitas hæc petatur à superiore quando concedens non habet potestatem in tota provincia *Coler. p. 4. c. 1. n. 213.* ne per literas incarcerationis quas *Stoekbrieffe* vocamus, à parte læsa impetratas vel ex officio emissas periculum impetrans subeat *Ruland. d. l.* sunt autem *Stoekbrieffe* literæ publicæ quæ ad incarcerandum reos absentes & profugos, in criminalibus emitti solent, ubicunq; inveniuntur. *Ruland. de Comm. p. 2. lib. 5. c. 6. n. 19.*

## XVIII.

Notandum tamen hic quod salvus conductus à superiori concessus minime impediatur, quo minus inferior ordinarius magistratus, jurisdictionem suam in subditos exercent *Coth. Vol. 5. conf. 32. n. 40. Guid. Pap. dec. 56. n. 3. Bertazz. l. 2. conf. 112. n. 36.* præcipue si titulo oneroso & privative jurisdictione fuerit concessa, ita ut non retinuerit sibi ipsi qui concessit concurrentem jurisdictionem, quæ à DD. cumulative concessa dicitur *Dan. Ott. de Jur. Publ. c. 11. p. m. 329.* quando enim abdicative in inferiorem superior transtulit jurisdictionem, nihil quod isti consequens & in præjudicium concessionis est, inscio & invito cessionario potest in districtu ejus facere *Mev. ad Jus Lubec. l. 1. tit. 1. art. 1. n. 56.*

## XIX.

Materia circa quam securitas versatur, sunt omnes causæ tam civiles quam criminales propter quas carceris vel alterius offensionis molestiam, quis metuit *Bach. ad tr. V. J. D. 5. th. 6. Lit. D. Grav. concl. 52. conf. 1. n. 3. Hartm. Hartm. 2. obs. 22. Umm. D. 9. th. 2. n. 8. Coler. d. l. n. 241.* cum autem mihi propositum sit non de illis quæ propter æris alieni aggravationem bulletrinum uti loquitur *Card. Tusch. tom. 7. conc. 22.* vel indultum moratorium impetrant, agere, sed de illis qui rei criminum habentur principaliter disputare, civiles causas haud moror. Neque illas in quibus reus per procuratorem vel responsalem se defendere potest hic enarrare operæ pretiæ est *Cubach. cent. 3. dec. 5. q. 4.* quia tunc nulla causa subest cur securitas sit concedenda, nam qui per alium causæ præesse potest, rectius sibi consulit si extra cancellos custodiæ merita causæ tractet & tunc rectè dicitur, quod cessante ratione dispositionis cesset etiam ipsa dispositio *c. 34. extr. de Test. junct. l. 32. ff. ad L. Aquil.*

## XX.

Reliquum ergo est ut de criminibus gravioribus sumus solliciti, in quibus salvus conductus ideo maximè exigitur, quia dici solet: extrà carceres commodius pacisci; quo respicit illud Alcibiadis qui accitus è Sicilia ab Atheniensibus ut causam capitis quod sacra violasset, ageret, abdens se dixit: Eum esse fatuum qui vocatus in jus quærat elabi, cum liceat vitare ne eat. Dari autem solet ut reus suam possit deducere innocentiam *R. J. de Anno 1521. tit. Ord.: des Landfr. p. 128. §. Wir wollen auch.* In levioribus itaque delictis, vel ubi in majoribus modus delicti penam corporalem mitigat; *Zang. de Except. p. 2. c. 5. n. 15.* ita ut incarcerationatus sub fidejussoribus relaxari possit, non est denegandus salvus conductus

ductus arg. l. 3. ff. de cust. reor. In atrocioribus ubi vinculatus mediante cautione non potest relaxari, nec salvus conductus eidem erit concedendus Nov. 17. c. 6. nisi tortè absens sit vel securè laricet, cui ideò securitas danda est, ne decisio plane intermittatur, nec delicta maneant impunita, neve innocens si potius metu carceris, quam conscientia sceleris absens fuerit, condemnetur: & huc quadrat illud quod dicitur in CC. art. 156. 76. Quoniam non obstante data fide reus incarcerem potest trudi, simulac ex actis & probatis convictus & damnatus fuerit, quia in eum statum jam venit, à quo non potuit inchoari *Mev. ad Jus Lub. l. 1. tit. 1. art. 11. n. 32.*

### XXI.

Interim nihil refert sive sit processus primæ sive secundæ Instantiæ *Menoch. d. A. J. Q. l. 1. q. 81. Speckh. 1. q. 1. n. 7.* Nā uti Jure Justiniano (quāvis nostris moribus aliud sit) appellatio in criminalibus conceditur, ita interposita appellatione, expectandū tempus est, quo sententia in ré judicatam transeat. Nec refert sive processus ordinarius sive summarius vel inquisitorius sit, adeoque distinctio nō satis fundata videtur quā habet *Carpz. in proc. crim. p. 3. q. 12. n. 65.* Illo tamen casu pars læsa debet consentire, si in ejus forte præjudiciū vergat, ne cū damno in litiū prolixiores ambages & impensas acculator projiciatur, & ideo à superiori literas incarcerationis obtineat ac reum vinculis custo diri efficiat. *d. R. J. de Anno 1721. sub tit. Ordnung des Landfr. p. 128.* Harū en. literarū quas vocant salvi conductus, apud Sabaudos nullum usum esse docet *Anton. Faber. in Cod. l. 9. tit. 28. def. 6.*

### XXII.

Forma securitatis alia est interna alia externa. Interna est cautio ab illo qui jus habet concedendi præstita, ne quisque sub fide & autoritate publica lædatur, *Pet. Prem. p. 49.* unde rectè dicitur in definitione quod sit promissio, quæ vox, non tantum nudam promissionem & pollicitationem, sed etiam sponsonem & stipulationem significat *l. 19. §. 2. de edit. Ed. l. 1. d. J. D.* quoniam conventio fit, quæ contractum & pactum simul continet *l. 1. §. 3. l. 5. 7. ff. de pact.*

### XXII I.

Quamvis enim cautio seu securitas triplex sit, satisfactio, sub qua pignora continentur, Juratoria cautio, & nuda repromissio, hæc sufficit *l. 3. C. d. V. S. Hering. de Fidej. c. 18. n. 49.* quia mediante illa citatus colligitur dicitur ab omni



ab omni iniusta offensione tutus redditur *Pet. Vvesenb. conf. 35. n. 4. Myn-  
sing. 1 Obs. 82.* quoniam maxime bonæ fidei uti docetur *thes. seqq.* est, ergo  
eò firmitus servanda *Mev. ad Jus Lubec. p. 1. tit. 1. a. II. n. 83.* & hoc exigie  
(1) conventionis firmitas *l. 5. C. de O. & A.* (2) legis quæ saluum condu-  
ctum servari vult autoritas *Nov. 17. c. 6.* (3) splendor & autoritas ma-  
gistratus cui turpissimum foret fidem fallere *Carpz. in Pr. crim. p. 3. q. 112.  
n. 72. & seqq.* Refertur autem salvi conductus prælatio quandoque  
ad regalia, quandoque ad Jurisdictionem, quandoque ad alia jura *Cothm.  
V. 3. Resp. 47. n. 224.*

#### XXIV.

Ad formam internam etiam pertinet, quod Cautio hæc securi-  
tatis (quamvis diff. *Guazz. defens. reor. 12. n. 58.*) sit bonæ fidei *Signor.  
Conf. 103.* Ideo Judex non debet esse adeo rigidus & severus ut ob mo-  
dicum statim procedat ad compedes *Speckh. c. 1. q. 1. n. 15;* dicitur enim  
beneficium quod latè & favorabiliter est interpretandum *Far. d. l. n. 39.  
Menoch. d. A. J. Q. l. 2. cas. 336. n. 24.* quia verba salvi conductus sunt ver-  
ba datæ fidei, & ideò non tam stricta verborum ratio, quam mens pro-  
mittentis & recipientis est attendenda, *Bald. conf. 456.* adeoque sine  
cavillatione ex æquo & bono sunt interpretanda *Modest. Pist. d. conf. n.  
56. & 57. Bertaz. conf. 359. n. 2.* Inde rectè dicit *Zas. conf. 14. l. 1.* securi-  
tatem ex fide consistere & ideo ex fide nutriendam esse. Imo ad honorè  
ipsius concedentis pertinet, ne is qui ejus verbis & literis confidit de-  
cipiatur, quare cavendum est Magistratibus ne quis sub fide & autho-  
ritate publica fallatur *l. 1. C. de his qui ven. et.* inde perfido effugio Losri  
usii sunt, cum polliciti se pactis staturos quamdiu terram hanc insisterent  
& capita humeris gestarent, terram calceis injectam & aliorum capita  
humeris imposita abjecerunt. Et Mahumetes Sultanus Eubæa captus,  
cum dissecut cui caput incolume fore promiserat *H. Grot. l. 2. d. J. P. &  
B. c. 16. n. 2.* Neque injuria Mauritius Elect. Sax. Carol. V. Imp. adversus  
Philippi Landgravii liberationem quid tentanti dixit: *Volo te tanquam  
Imperatorem & non tanquam legistam pactiones interpretari,* quando vo-  
cem citrige Hispani mutata litera interpretabantur etwige.

#### XXV.

Forma externa & accidentalis est, quod salvus conductus solear  
fieri sub modo & conditione, quo deficiente & non purificata ipsa fi-  
ducia deficit *Farinac. d. l. n. 78. Signor. de Hom. d. Conf. 103. n. 1.* deinde ut  
eò firmitus obtineat solet referri ad protocollum & concedi sub sigillo  
per

per diploma, quo mediante citatus ab omni injustâ offensione tutus  
redditur *Petr. Vvesenb. conf. 35. n. 4. Myns. 1. obs. 82. Zanger. de Exc. p. 2. c. 5.  
n. 8.* nihil autē interest siue securitas fuerit concessa per literas parentes  
sua per epistolam *Surd. V. 2. conf. 381. n. 4. Guazz. defens. reor. 12. n. 58.*

XXVI.

Non etiam facile præstatur saluus conductus nisi mediante cau-  
tione de iudicio fisci à citato interponenda *Coler. p. 1. decis. 165. n. 6. un-  
de Zanger. d. l. n. 8. & Carpz. d. q. 112. n. 86.* putant, quod cautio hæc  
de iudicio fisci, sit de necessitate salvi conductus, quod tamen veritati  
juris non satis respondet, siquidem hæc cautionis interuenientia, tantū  
ad formam accidentalem pertinet adeoque ipsius rei essentiam non in-  
greditur *vid. tb. 5. quamvis de stylo curiarum plerumque exigatur.*

XXVII.

Effectus salvi conductus varii sunt (1.) ipsa securitas. Salvus  
conductus enim semel concessus nec directo nec per indirectum est  
frangendus, sed assecuratus tum à concedente tum ab ejus subjectis ser-  
vandus *Cothm V. 5. conf. 33. n. 8.* quia sine perfidiæ & existimationis ma-  
cula, imò si ab inferiori datus sit, sine jurisdictionis periculo non potest  
violari *Hering. de fidej. c. 18. n. 53.* nec sine legitima causa revocari *Nov.  
17. c. 6. Zang. d. l. n. 9. Fuly. Pac. c. 46.* Idque non tantum in territorio  
concedentis, sed etiam aliorum obtinet; *Mod. Pist. d. l. n. 7. 34.* etiamsi  
hosti datus sit *c. noli existimare 23. q. 1. Speckh. 1. q. 1. n. 1. 3. Coler. de proc.  
exec. p. 4. c. 1. n. 187. & p. 1. Dec. 165. n. 3. Farin. l. 1. tit. 4. q. 28. n. 6.* quia fides  
aut non danda, aut data servanda, cū eam frangere turpe sit & impium.

XXVIII.

Et si mediante cautione data sit securitas generalis, reus toto tem-  
pore in loco iudicii commorari potest, quia data est plena securitas  
*Zang. p. 2. c. 5. n. 20.* alias dies iudiciales tantum concernit; Imò a Prin-  
cipe datus tenet quamvis nulla causa dandi adfuerit, ideoq; concedi non  
debuisset *Menoch. de A. J. Q. l. 2. c. 4. c. 345. n. 33.* ne quis publica authorita-  
te decipiatur. *Neap. d. l. c. 12. Speckh. d. l. q. 3. Farin. d. l. n. 95.* Interim à  
Magistratu inferiori non debet dari ex abrupto sed caute, ut præcipue  
causæ cognitio præcedat, ne contra præscita legum datus danti pудо-  
rem incutiat & a superiori annulletur; *Felin. in c. accedat. 2. n. 3. extr. ut  
lit. non cont.* quod enim illicite datur licite frangitur *Fel. c. 2. accedens 2. n. 3.  
extr. ut lit. non cont.*

(2) Se curitas data ut tutò ad locum iudicii veniatur etiam data intelligitur ut tutò inde recedatur *l. 1. C. de Navicul. & ibi Bart. Farin. d. l. 2. n. 53. Cubach. cent. 3. dec. 5. q. 5. Christ. V. 2. dec. 49. n. 2. Menoch. d. A. J. Q. l. 2. cent. 4. cas 336. n. 11. Modest. Pist. conf. 49. n. 9. Speckh. 1. q. 1. n. 6. VVesenbr. ad rit. C. de fatid. n. 4. Neapol. d. l. c. 9. quia ex bono & æquo adeoque absque cavillationibus datus intelligitur, Gentil. de Jur. Bell. c. 14. ideoq; non diceretur tutò venisse cui non liceret tutò recedere & ex juris interpretatione eundi jure jus redeundi complectitur *l. 5. de sep. viol.* quia alias supervacua futura esset concessio, & contra *l. 17. §. 3. ff. conn.* sub colore beneficii aliquis deciperetur, Itaque tempus accessus, mansionis & regressus pariter judicantur *Myns. 1. obs. 82. Perez in C. d. Navicul. n. 15.* adeoque hæc verba ab uno in superflua putat *Zang. d. l. n. 18.* quæ tamen quia superflua cautio non nocet, tutius admittuntur.*

(3.) Violatores salvi conductus à Principe summo concessi Majoritatis rei fiunt, & ideo gladii pœnam merentur *l. 1. ff. ad L. Jul. Maj. Boer. decis. 179. Decian. in tr. crim. l. 7. c. 16. Farinac. d. l. n. 12. & seq. quem textum tamen Bud. in annot. post. ad w. de tranquillitate publica intelligit, interim priorè sensum d. l. etiam facile admittit Cubach. cent. 3. dec. 5. q. 4. Si verò ab inferiori Magistratù fuerit concessa securitas, pœna violantis est extraordinaria *Cuneo de Secur. n. 32. Coler. d. l. n. 191. Christ. V. 2. Dec. 49. n. 5. Nacla conf. 580. n. 6. Châss. in Cat. gl. mund. p. 5. conf. 24. n. 195.* sed pœnâ semper extraordinariam dicit *Guid. Pap. dec. 419. Neap. d. l. c. 11. & Jus saxon; indistinctè gladii pœnâ irrogat Sandr. l. 2. art. 12.* quod tamen in praxi non observatur *Speckh. 1. q. 2.* Jure Lubec. pœna est pecuniaria, *lib. 1. tit. 1. art. 11.* ubi aureus vel florenus, solidum Justinianicum notat.*

Notandum etiam inter effectus est, quod si ille qui salvum conductum concessit forte mortuus aut ab officio remotus sit, non ideo exspirare salvum conductum, utpote qui non personæ, sed Reipub. vel iudicii jure concessus censetur, cujusmodi concessionem perpetuo durat *Menoch. de. A. J. Q. l. 1. q. 69. n. 7. diss. Farinac. d. l. n. 72.*

Contraria sunt (1.) Si pendente securitate novum aliquod delictum sit commissum. *Vincent. de Franch. Decis. Neap. 717. Mart. Neap. d. l. c. 5<sup>a</sup>* nam qui datus est salvus conductus ob infecurum delictum ipso jure revocatus censetur *Cothm: V. 5. conf. 32. n. 29.* quoniam propter præterita non autem futura delicta conceditur, ne sub colore securitatis præbeatur ansa peccandi, nisi fortè delictum commissum sit ex improvise vel ad sui defensionem *Joseph. Ludov. Decis. II. Mart. Neap. d. l. c. 7.* Ideoq; hæc clausula concessioni solet adjici? Jedoch das er sich gleichlich verhalte *Cothm. d. l. n. 34. Speck. d. cent. I. q. I. n. 17.* Omnis enim concessio intelligitur, rebus sic stantibus *Farin. l. 1. tit. 4. q. 28. n. 59.* adeoq; indignus est cui fides servetur, si ipse fidem non servaverit *Mey. d. l. n. 132.*

(2.) Si de jure vis inferatur salvus conductus cessat *Christi V. 2. Decis. 49. n. 3.* quod enim contra vim injustam datur non debet esse præsidium iniquitatis, uti enim is qui salvum conductum petit, non exigit scelere suo patrocinium sed propter metum injuriæ præsidium; Ita ille qui petenti eundem concedit ejus timiditati & suspicioni, qui vero similiter juste se defendere potest, tantum consulere vult, non autem impunitatem delicti indulgere *Bachov. ad Tr. V. J. D. 5. th. 6. lit. D. Vincens. de Franch. decis. 258. n. 52.* quare etiam de jure ita incarcerato nec processus decernuntur *Myns. I. obs. 82.* inde hæc clausula solet addi *bisf was peinliches segen ihm ertand h. e. si ex actis & probatis de dolo rei constiterit Speck. d. l. n. 18. Carp. d. l. 5. Zanger. n. 13.* quibus verbis significatur tamdiu securitatem dandam donec publicata sententia in rem judicatam transferat vel pæna capitali vel alia corporis afflictiva vel etiam quæstionibus tantum reus afficiendus sit, *Moll. 2. sem. c. 1.* & illa clausula quam vis expresse adjecta non sit tamen pro tacite adjecta censetur, ne unde jura venire debent inde injuriæ nascantur *l. 6. C. unde vi. neq; quod munimen innocentia esse debet degeneret in tegumentum malitia & asylum sceleratorum hominum VVes. in C. de satisd. n. 4.* hinc est quod citati petere solent ein Geleid zu recht vor ungerechter Gewalt / *Cothm. d. l. VVes. ad tit. C. de satisd. n. 4. Myns. I. Obs. 82. Coler. Decis. 165. n. 5.* & hoc *C. C. art. 76. 156.* clarè innuit: modo sententia, illa per remedium aliquod suspensivum rei judicatae vim non impedierit *Natta consil. 99. Moller. d. l. n. 2. Menoch. l. 1. q. 81.* Sed quæritur: An impunitas aut gratia delicti reo promissa si delictum spontè fateatur, vel complices nominet

minet servanda sic? quod rectè aff. *Gramma* q. 3. & *Hipp.* 'Mars in pr.  
erim. §. postquam n. 15. *Moller. d. l. n. 3. Speckh. cent. 2. q. 3. Eelin. in c. ac-*  
*cedens. extr. ut lit. non.*

XXXVI.

(3) Si reus sarcinulas suas colligat, & se ad iter præparando sus-  
pectum de fuga reddat, salvus conductus ipsi servandus non est: ha-  
bet enim facta concessio tacitè annexam conditionem nisi impetrans  
novam offensionis causam præbuerit. *Surd. Decis. 307. Mart. c. 16.*

XXXV.

(4.) Si inferior vel iniquè vel in præjudicium superioris saluum  
conductum dederit, major illum servare non tenetur, *Tusch. concl. pr.  
p. 7. concl. 15.* tum quod minor majori non potest præjudicare, tum quod  
contra legum tenorem inferior nihil potest invito superiore statuere,  
tum etiam quod inferior pactis superioris non ligetur *c. cum inferior.  
extr. de major & obed.* tum deniq; quod publicè interfit ut delicta pu-  
niantur *l. 51. ff. ad L. Aquil. Speckh. 1. q. 1. n. 10.*

XXXVI.

Finitur etiam (5.) salvus conductus si ad certum tempus datus fue-  
rit, quo præterito ipsa etiam securitas evanescit, *Card. Tusch. Pr. concl.  
p. 7. concl. 26.* quia pacta dant legem contractui *l. 23. d. R. 3.* Tempus au-  
tem hoc continuum est, & currit de momento in momentum *arg. l. 3.  
§. minorem ff. de min.* quia regulare est quod omne tempus datum à Ju-  
dice dicatur continuum, & incipit currere non à die scientiæ, sed da-  
tæ cautionis, nisi aliud fuerit conventum *Seb. Guazz. def. reor. 12. n. 58.*

(7.) Finitur etiam revocatione, quia ejus est revocare cujus est conce-  
dere dummodo res integra fuerit. *arg. §. 9. Inst. mand. Tusch. d. 1.*

XXXVII.

Affinia sunt (1.) *Asylum*, quod est locus refugii immunitatem con-  
tra vim injustam præstans *Harpr. ad §. 2. Inst. de his qui sunt sui. n. 10.* vel  
est templum aliusve quivis locus inviolabilis & consecrationis lege tu-  
tus, ad quem confugientes sine summo piaculo avelli non poterant  
*Georg. Rittersh. de Jur. Asyl. c. 1. n. 7* Ita Deus Israelitis mandavit, ut illis  
qui homicidium committerent non dolosum, tres civitates conderent  
quæ securitatem præstent contra vim injustam *Num. 35. Deut. 19. Jos. 20.*  
Loca etiam à Gentibus asylis consecrata varia fuerunt: ut *Luci, sana,*  
*aræ, sepulcra, Riphæi montes, statux, imagines Cæsarum, Regum,*  
*domus, unde hodie der Durchfriede & alia Alex. ab Alex. General. dier.*  
*l. 3. c. 20.*

l. 3. c. 20. potissimum autem asyli privilegio gaudebant Ecclesiæ Christianorum t. t. C. de his qui ad sacr. Eccl. conf. Uti autem salvus conductus notorie facinorosis & criminū reis non conceditur, ita etiam asyla nō injuriā facientibus sed passis securitatē promittunt Nov. 17 quare Asyli jure frui non debent Sicarii, Sagæ, virginum raptores & alii facinorosi d. N. 17. N. 117. quia contra justiciam favor ecclesiasticus concedendus non est c. 6. extr. de don. inter vir. & ux. & Deus ab altari avelli jubet homicidam qui ex proposito deliquit Exod. 21. vers. 14. Neq; Papa, loquens inc. inter alia & c. fin. extr. de imm. Eccl. de latrone & publico depopulatore, alios delinquentes excludit, quare caput illud alicujus irrationalitatis non satis solide inculatur.

### XXXVIII.

*Advocacia seu protectio*, qua illi qui vel gratis vel certo constituto annuo salario quosdam in clientelam receperunt, eos & eorum bona contra vim & injuriam aliorum defendunt, Germ. Ober-Boigtey/Oberschutz. Quod jus ab antiquo Clientelarum apud Ethnicos usitatarum jure ad Christianos devenit, Gail. 2. Obs. 54. n. 2. Mager. de Adv. Arm. c. 14.

### XXXIX.

*Salvaguardia* quæ est illa defensio quam potentior minus potenti ad avertendum damnum promittit Menoch. de Arb. Jud. Q. l. 2. cent. 4. cas. 338. quæ impetramentem cum suis rebus inviolabilem, violantesq; pœnæ obnoxios reddit, quæ pœna solet esse capitalis Holland. Kriegs-Recht. art. 15. Rânsf. Max. II. Artif. br. art. 18. differt autem salvaguardia ab Advocacia, quod illa propriè denotet extraordinariam protectionem, quam Imperator etiam subditis contra dominos præstare potest, Germ. Schutz und Schirmbrieff Speid. voc. Salvaguardia, hæc autem ordinaria.

### XXXX.

*Cautio de non offendendo*, quam pro avertendo periculo, quod quis jure metuit, pars parti præstat, quæ vel satisfactionem vel juratoriâ cautionē exigit, ut securus sit ab imminente periculo qui eam exegit Hering. de Fidei, c. 18. n. 49. salvus conductus autē nuda promissione valet.


Plura addere cum Lex Amplifs. Facultatis vetet,  
hic in nomine Dei cui sit laus & gratiarum  
devota actio, subsisto.











XXXII.

Contraria sunt (1.) Si pendente securitate sit commissum. Vincent. de Franch. Decis. 1. nam qui datus est salvus conductus ob invocatus censetur Cothm. V. 5. conf. 32. n. 2. non autem futura delicta conceditur, ne tur ansa peccandi, nisi forte delictum contra ad sui defensionem Joseph. Ludov. Decis. 11. clausula concessionis solet adjici? Jedoc Cothm. d. l. n. 34. Speck. d. cent. 1. q. 1. n. 1. intelligitur, rebus sic stantibus Farin: l. 1. tit. est cui fides servetur, si ipse fidem non serv

XXXIII.

(2.) Si de jure vis inferatur salvus conductus 49. n. 3. quod enim contra vim injus fidium iniquitatis, uti enim is qui salvum sceleri suo patrocinium sed propter metu qui petenti eundem concedit ejus timiditate liter juste se defendere potest, tantum co punitatem delicti indulgere Bachov. ad Tr. de Franch. decis. 258. n. 52. quare etiam de cessus decernuntur Myns. 1. obs. 82. inde ha peinliches Jegen ihm erkand h. e. si ex actis terit Speck. d. l. n. 18. Carp. d. l. 5. Zanger. tur tamdiu securitatem dandam donec p catam transierit vel pæna capitali vel alia quæstionibus tantum reus afficiendus sit, quamvis expresse adjecta non sit tamen p unde jura venire debent inde injuriæ nasc munimen innocentie esse debet degener atylum sceleratorum hominum VVes. in C. de petere solent ein Seleid zu recht vor ung VVes. ad tit. C. de satisd. n. 4. Myns. 1. Obs. 8. C. C. art. 76. 156. clarè innuit: modo sent quod suspensivum rei judicatz vim non Moller. d. l. n. 2. Menoch. l. 1. q. 81. Sed qua tia delicti reo promissa si delictum sponte

quod delictum Neap. d. l. c. 5. m ipso jure reo propter præterita ritatis præbea im proviso vel r. 7. Ideoq; hæc iditich verhalte n concessio in deoq; indignus n. 132.

Christi V. 2. De- debet esse præ tit, non exigit idium; Ita ille qui vero simi on autem im- lit. D. Vincent. erato nec pro r addi bis was dolo rei consti erbis significa cia in rem judi va vel etiam, & illa clausula censetur, ne e vi. neq; quod tum malitiæ & est quod citari d / Cothm. d. l. 65. n. 5. & hoc remedium ali tatta consil. 99. unitas aut gra complices no- minet



the scale towards document